



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Corpus Doctrinae Christianae

Melanchthon, Philipp

Lipsiae, 1572

VD16 M 2890

An Propter Morbos Contagiosos & incurabiles, vt propter Lepram,
diuortium fieri possit?

urn:nbn:de:hbz:466:1-36094

AN PROPTER MORBOS CONTAGIOSOS & incurabiles, vt propter Leporam, diuortium fieri possit?

RESPONDEO. Plane & perspicue affirmo, nequaquam faciendum esse diuortia propter morbos, nec deserendum esse agrotum maritum, nec deserendam esse agrotam vxorem, quia semper oportet hanc regulam esse firmam & immotam: Quos Deus coniunxit homo non separet. Quare omnis persona viuens, quæ volens incoat distractionem, sine vlla dubitatione, horribiliter peccat, vt, adultera seu defertrix incoat distractionem volens, & facit contra hunc ordinem diuina voce & lege sancitum. Ita si persona recte valens incoat distractionem, esset similis deferttrici, & adulteræ, & rea magni sceleris. Nam calamitas, quæ inter viuentes accidit sine culpa, nequaquam dissoluit coniugale fœdus.

OMNIA igitur dicta, quæ præbent distractionem, proponant sibi homines timentes Deum. Gen. 2. Erunt duo in carnem vnâ. 1. Cor. 7. Vir non habet potestatem corporis sui, sed vxor. Nec vxor potestatem habet corporis sui, sed maritus. Ephes. 5. Viri diligite vxores vestras. Nemo carnem suam odit, sed eam alit & fouet.

CVM igitur maneat fœdus coniugale, inter tales personas, quas non distraxit culpa, manifestum est, non deserendam esse agrotam personam, ac deberi ei beneuolentiam & auxilium, tanquam proprio corpori. Summus amicitia gradus est fœdus coniugale. Inutilissimum est autem, in calamitate amicum deserere, egentem auxilio, & confugientem ad amici beneuolentiam & fidem. Quare desertio coniugis propter calamitatem, in qua nulla est culpa, iniusta & scelerata est.

QVÏDAM uero crudeliter dissipant. Leprosos similes esse mortuis, & hoc prætextu consulere personam recte valenti student. Sed hoc sophistica refutat manifesta crudelitas. Mortui non indigent aliorum hominum auxilio. Aegrotam personam adhuc indiget hominum auxilio. Quare, quod ad veram amicitiam officia attinet, nondum est mortuæ similis. Adhuc est caro tua, adhuc lex diuina tibi conuincitur: Nemo carnem suam odio habuit. Ex autoritate Magistratum cogenda est persona recte valens, ne deserat agrotam & ne negligat eius vitam, sed ferat opem agrotanti.

ET SI autem videtur aliquibus hæc sententia durior, tamen si non esse omnes bonæ mentes intelligunt. Si quis autem maritus unus indiget consilio, interroget Pastores eruditos & graues, & recte intelligentes doctrinam Ecclesiæ. Potest enim responderi, ne perperam rate implicetur conscientia, & ne fides & inuocatio in viro iustiorum gante impediatur.